Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26366
Copyright: Admont, Benediktinerstift



dissipare. Veruntamen si rumor uehementer probabilis esset.
uidebitur argumentando firmam fidem potius abrogare.
quod difficillimum esse aiunt. Constitutio electiuae quinueris
causis sepissime tractanda est. eo diligentius omnis eius par
tes perscrutati sumus. ut ne parua perturbatione aut
offensione impediremur. si ad hanc perceptionis rationem.
assiduitatem exercitationis accomodassemus. Ne ad legi
time constitutionis partem transeamus. Cum uolun
tas scriptoris cum scripto dissidere uidebitur. sia scripto di
cemus his locis utemur. Primum scriptoris cum laudatione.
deinde scripti recitatione. Deinde percunctatione. scire
ne aduersarii id scriptum fuisse in lege. aut testamento.
aut stipulatione. aut quolibet scripto quod adeandem rem
pertinebit. Deinde collatione quod scriptum sit. cum eo quod aduersa
rii fecisse se dicant. quod iudice seq conueniat. utrum id quod
diligenter perscriptum sit. an id quod accute sit excogitatum.
Deinde sententia quam ab aduersariis sit excogitata. et
scripto attributa. contempnet et infirmabit. Deinde
quaeretur quod ei obfuerit. siue uoluisset ascribere. aut nequ
non potuerit perscribi. Demde ab eo sententia reperietur et
causa proferetur. quare id scriptor senserit quod scripserit. et de
monstrabitur scriptum illud esse. dilucide breuiter. commode.
perfecte. cum certa ratione. Deinde exempla proferent quae
res cum ab aduersariis sententia et uoluntas afferetur. ascp
to pociusque iudicate sit. Deinde ostendet. quae pretin sit pretio
sum abscripto recedere. Loci communis est. cum eum. quem fateatur se
id quod legibus sanctum aut testamento perscriptum sit fe
cisse. cum facti quaerit defensionem. Ab sententia sic dicemus.
primum laudabimus scriptoris commoditatem. atque breui
tatem. quod illud tantum scripserunt quod necesse fuerit. illud
quod sine scripto intelligi potuerit. non necessario scriben
dum putarit. deinde dicemus calumniatoris esse officium.
uerba et litteras seq uoluntate neglegere. Deinde quod scriptum